Deinde denominator primi loci, in numeratorem vltimi loci ducatur. Secundi vero & vltimi locorum denominatores, in numeratorem primi termini multiplicentur. Si vero non fuerit in aliquo loco numerator, in integrum ducatur. Integris & denominatoribus obliteratis, procedatur ſecundum regulam Detri. vt $3\frac{1}{4}$ ℔ pro 3 fl quanti 13 ℔ facit 12 fl. Plura exempla regulę Detri, de Integris & Fractis, vide in alijs libellis.

QVARTA PARS.

SOCIETATES.

ITEM, tres faciunt ſocietatem, primus ponit 100 fl, Secundus 225 fl, Tertius 300, lucrantes 150 fl, quęritur quātum cuilibet? Collige impoſita omnium pro diuiſore, & lucrum pro medio, & impoſitum cuiuslibet pro quæſtione cuiuslibet, & operare ſecundum regulam Detri, hoc eſt, multiplica cuiuslibet impo-

 ſitum